

exulis in tantum condoleant, ut cum ipsis exulent, defectum victus, aëris intemperiem, ventos, procellas et imbres et gravia incommoda sustineant. pisces maris tante sunt compassionis, ut delfines hominem mortuum non lanient, sed eum ad litus producentes humanissime ei beneficium sepulture exhibeant. Daher sollen es auch die Menschen üben, Spec. 46, 1: sed forte dicit pauper: ‚dare non habeo‘, respondeo ergo: plus est compassio quam datum. Falsches Mitleid, Freib. 2, 55^d: misericordia falsa tua est talis, ac si, filio tuo famem patienti, pro misericordia ires ad fossatum et colligeres ranas, lacertas, sanguisugas, araneas, serpentes etc. et impleres ollam et coqueres et ei ad comedendum dares. ita quidam etiam pro aliis amicis suis pauperibus falsam habent misericordiam. pro ipsis jurant falsum. et quidam clerici et quidam religiosi dant res claustris. dic, quomodo amici vel clerici dicunt. Wichtig ist das christliche Gebot, die Feinde zu lieben, Comm. 15, 1: utilius enim est ad remissionem peccatorum diligere ledentem, quam non diligendo pro devotione beate Virginis omni sabbato in pane et aqua jejunare. Sanct. 6, 2: quartum est parcere ledenti. hoc adeo grave, quod Dominus illud in quinque milibus annorum precipere in decem preceptis expresse non audebat in Veteri Testamento, timens, quod multitudo illud non servaret, donec veniret personaliter et pro dilectione hominis homo fieret. tunc primo expresse precipit. Sanct. 40, 1: hoc est, si homo non vult diligere inimicum, quia non meruit, diligat eum propter Deum, qui hoc apud hominem quemlibet optime meruit in terris. insuper in eternum merebitur in celis. si dicit: ‚difficile est mihi‘, respondeo, quod pro precepto dilectorum dominorum multa faciunt subditi difficilia et pro promissis eorum; sic et Dominus omnipotens precepit sub obtentu gratie sue et omnium in celis, ut ledentes diligamus. Das Gegenstück ist *injustus amor*, Sanct. 19, 1: vos in inferno, qua de causa illuc venistis? fere omnes respondere possunt: pro injusta dilectione, quia ego in mundo existens hoc injuste dilexi, ego illud, et omnia illa transierunt ut nuntius, avis (Sap. 5, 9f.) et hujusmodi, et nos pro hiis semper die noctuque nunc ardemus. Sanct. 208, 2: sicut enim zelotes terrenus pro puella, quam sibi copulari cupit, inter cetera quinque facit, quibus zelum suum illi aperit, sic et zelotes celestis. facit enim totum, quod debet et quod credit anime